

linæ, & anferes essent feræ naturæ? nec Imperator inquit: unius gallinæ, aut anferis detentorem furti reum fieri, sed plurali loquutione utitur, ibi: *Et qui lucrandi animo, ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.* Unde textus ille nullo modo favet adversariis, Molin. ubi supra dict. num. 3.

86 Non itidem obstat l. vulgaris, ff. de furt. pro cuius solutione notandum est, rationem dubitandi illius textus non fuisse, an pro modico tritici, seu modico vini actionem furti quis possit exercere? sed num qui partem alicujus rei furripit, teneatur pro tota, furti actione? quam licet non auferat, videtur, invito domino, contrectare, quia dum partem tollit, corpus totum contrectat; quæstio hæc fuit Ulpiano proposita per exempla modii tritici ex acervo, & modici vini ex do-lio ablati, nam videbatur totius acervi, vel do-lli furtum fuisse commissum; sed Consultus id in-ficiatur in hæc verba: *Sed verum est in tantum eum actione furti teneri, quantum abstulit.* Qui-bus controversiam veterum Consultorum gene-raliter decidit neque affirmavit, in exemplis ibi positis dari furti actionem, de quo non fuerat in-terrogatus, & quanquam verba aliud insinua-rent (quod negatur) non est illis standum, sed Le-gistatoris menti; argum. l. generaliter 6. in princ. C. de inst. & subst. cap. humane 11. 12. quæst. 5. Jason in l. juris gentium, §. ait Prator numer. 15. ff. de pact. Del-bene supra tom. 2. cap. 16. dub. 37. num. 5. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloss. 48. n. 45. Barbof. axiom. 222. numer. 1. Qui solum intendit dubium præcipuum definire, non de aliis statuere, quæ altiore indagine exi-gent, cum nullo jure expressè caveatur, pro rebus adeo exiguis furti actionem competere; & cum verba quæ obstant, posita sint in relatione ca-sus, & non in decisione, de illis non est cu-randum; Carleval. tom. 2. disp. 8. numer. 33. Bernard. Diaz reg. 781. Guttier. practicar. lib. 3. quæst. 17. num. 61.

Verf. Sed ut reus.

88 Ecclesiæ enormissimè læsæ de jure communi re-stitutionem usque ad triginta annos conceden-dam fore, cum D. Covarr. resolvunt communi-ter DD. Guttier. d. q. 69. num. 18. Parlad. dif-fer. 114. num. 4. Costain d. §. & quid si tantum, part. 2. à num. 83. Caldas in d. l. si curatorem, verbo, Infra legitimum, num. 10. Morl. sup. d. tit. 5. in prælud. num. 16. in fine, Sforc. Odd. sup. qu. 19. n. 92. Beroi. conf. 177. num. 40. quamvis Garcia de expens. cap. 18. num. 37. hoc auxilium ad quadraginta annos extendat, & Sua-rez allegat. 21. num. 4. ad aliud quadriennium, præter elapsam restringat.

Ad Num. 13.

89 De intellectu l. fin. tit. fin. p. 6. videndi sunt Greg. Lop. ibi Gloss. 8. Cevall. tom. 1. q. 536. num. 16. Guttier. d. num. 18. Herm. d. l. 56. gloss. 11. & 12. num. 127. Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 1. num. 27. in fine, & quos isti allegant.

Ad Num. 14.

90 Quod dict. l. fin. etiam in secunda parte intelli-genda sit de restitutione in integrum, & non de remedio d. l. 2. C. de rescindend. vend. verius videtur ex textus verbis; atque ita tenent cum D.

Covarr. Greg. Log. Guttier. Roder. Suar. & alii; quicquid alii non pauci sentiant, & in hujusmodi restitutione enormissima læsio erit; quæ dimidiam justi pretii egreditur, de quo supra ad num. 11. verf. Secundo ex his etiam.

Verf. Nec enim ibi: *Quamvis hac differentia.*

Hanc doctrinam communem appellat Hermos. 91 dict. gloss. 11. & 12. num. 114. In contrarium, ubi quæstionem movet, ac resolvit, de qua dictum est: ad num. 11. verf. Tertio hinc deducitur, num. 68.

Verf. His omnibus.

Certius videtur restitutionem fuisse ex justitia concessam, quia Ecclesia fuerat enormissimè læsa, 92 ut ostendimus supra ad n. 10. fructus autem non repetit Monasterium, quia nec si intra quadriennium ageret, illos haberet, propter obsequium à vassallo acceptum. Nec refert, quod illi exceperint æstimationem laboris servitii exhibiti: quoniam in dubio excessus talis non præsumitur, sed fru- 93 ctus creduntur correspondere labori; Escobar de ration. cap. 16. num. 53. neque aliud fuit per Mo-nasterium probatum, quod solum intendit, sibi vil-lam restitui, quam, cum non expediret, necessitate cogente alienavit, sive in feudum concessit. Imo quamvis prætenderet partem fructuum sibi restitui, relicto vassallo, quod equum foret pro labore, non 94 obtineret; nam feudatarius dum onera feudi sustinet, omnem ejus utilitatem meretur, neque fru-ctus commensurantur obsequiis sed quotquot nas-cuntur, illi cedere debent pro fidelitate, subjectione, ac servitiiis exhibitis domino; quapropter in datione in feudum non est locus remedio l. 2. C. 95 de resc. vendit. nisi quando feudum conceditur ob-pensionem in singulos annos solvendam, ut docent communiter DD. Barbof. in collect. ad eum textum num. 29. & 30. Hermos. in l. 56 gloss. 4. num. 15. Castrenf. in d. l. 2. num. 13. Bald. num. 7. Salicet. num. 10. Cagnol. num. 207. Padill. num. 29. Pinel. part. 1. cap. 3. num. 2. Rebuff. in tract. de rescission. contract. §. unic. gloss. 15. n. 11. Ant. Gabr. lib. 3. de tit. empt. conclus. 1. num. 74. Matienz. in l. 1. gloss. 8. num. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. Fachin. 96 controvers. lib. 2. cap. 22. verf. Nec hinc senten-tia. Quo casu propriè feudum non est, sed transiit in emphyteusim, vel contractum innominatum; Greg. Lop. in l. 1. tit. 26. part. 4. gloss. 2. Bald. in l. liberti, col. fm. C. de oper. liber. Marefcot. variar. libr. 1. cap. 63. num. 5. & 6. Ex quibus junctis, quæ diximus supr. ad num. 10. deduci-tur, Monasterium in dict. cap. ad nostram, non po-tuisse fructus, aut partem eorum petere, licet ex justitia fuerit restitutum.

Ad Num. 15.

In restitutione justitiæ fructus venire; fecus in illa, quæ gratiosè conceditur, omnes fere con-cordes sentiunt Interpretes; Cevall. diff. quæst. 536. num. 19. Anton. Gom. 3. tom. variar. cap. 13. num. 38. in fine, Noguier. alleg. 8. num. 37. cum sequentibus, Guttier. diff. quæst. 69. Cyriac. dict. tom. 2. controvers. 321. num. 77. & 78. Odd. ubi supra, quæst. 45. artic. 2. sub num. 13. & quæst. 99. artic. 14. num. 123. 131. Lara in l. si quis à li-beris, §. sed utrum, à numer. 9. ff. de agnost. lib. Farinac. in prax. quæst. 5. numero 44. Carol. de Tapia in rubric. de constitut. Princip. cap. 3. num. 29. 38. Ponte decif. 25. numer. 9. 10. Peregrin. de 97 jur.

jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 61. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, Revertatur, num. 276. C. de re-voc. donat. Greg. Lop. in l. 2. gloss. 5. tit. 32. p. 7. Boër. decif. 98. n. 5. eam tamen distinctionem im-pugnat latè Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 575. ex num. 4.

AD CAPUT IV.

Coram quo Judice sit in integrum restitutio petenda.

SUMMARIUM.

- 1 Restitutio in integrum petenda est coram Judice ejus, adversus quem postulat.
- 2 Restitutio incidenter postulata petenda est à Judice causæ principalis.
- 3 Judex loci contractus est competens ad concedendum in integrum restitutionem circa illum.
- 4 Judex loci rei sitæ, an sit competens ad restituendum in integrum, quando actione reali restitutus acturus est?
- 5 Qui est Judex causæ preparatæ, cognoscere de causâ preparatæ potest.
- 6 Judex loci rei sitæ competens est, quoties de ea vindicanda tractatur.
- 7 Ecclesia petens restitutionem contra laicum, ipsius Judicem debet adire.
- 8 Bona patrimonialia Clericorum gaudere negatur privilegiis rerum Ecclesiasticarum: Contra, num. 14.
- 9 Clericus postulans in integrum restitutionem contra laicum, coram seculari Judice comparet.
- 10 Fallit, si contraria vigeat consuetudo.
- 11 Vel si negligens sit judex laicus.
- 12 Ecclesia, & Clerici pro rebus Ecclesiasticis gaudent privilegio, l. unica, C. quando Imper. inter: sed non pro nobis patrimonialibus ipsorum.
- 13 In Hispania vetitum est, ne Clerici laicos ad tribunalia Ecclesiastica trahant, & sic ob-servatur.
- 14 Bona patrimonialia Clericorum obtinere privile-gia rerum Ecclesiasticarum qui docent.
- 15 Fundamentum præfata sententia refertur.
- 16 Bona patrimonialia Clericorum sunt sub speciali Dei dominio.
- 17 Patrimonium, ad cuius titulum quis sacris ini-tiatur, non est privilegiatum, ut bona Eccle-siastica.
- 18 Contrarium verius esse probatur.
- 19 Patrimonium, ad cuius titulum aliquis Ordini-bus insignitur, alienari non potest, nisi Cleri-cus sufficiens beneficium obtineat.
- 20 Subrogatum sortitur naturam ejus, cujus loco subrogatur.
- 21 Cessante causâ, cessat effectus.
- 22 Utrum desideretur citatio ad relaxationem jura-menti? qui disputant.
- 23 Ad relaxandum juramentum, simulque rescinden-dum contractum, citatio prærequiritur.
- 24 Ad relaxationem juramenti solum ad effectum agen-di, non desideratur citatio: de quo infra n. 37.
- 25 Relaxatio an sit concedenda illi, qui in perju-rium jam incidit? remissivè.
- 26 A quo Judice petenda est relaxatio juramenti ad effectum agendi, qui tractant.
- 27 Dupliciter quis liberari potest à vinculo juramen-ti ad effectum agendi, & quomodo.
- 28 Per juramentum in contractibus additur foris foro. Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

- 29 Factum Judicis, censetur factum partis.
- 30 A quibus Judicibus concedi possit relaxatio ad effec-tum agendi, latè explicatur.
- 31 Solus Judex, qui de contractu jurato habet cognitio-nem, potest concedere relaxationem, per quam ipse contractus irritus fiat.
- 32 Potestas relaxandi juramenta ad effectum agendi est penes Ecclesiasticum Ordinarium.
- 33 Legatus de latere est Ordinarius in tota provincia, cui missus est.
- 34 Nuntius Apostolicus, qui in Hispania residet, rela-xat juramenta ad effectum agendi, & sine citatione, secus Ordinarius, qui de consuetudine citat.
- 35 Ad obtinendam relaxationem ad effectum agendi, probanda est causa legitima, saltem semiplenè.
- 36 Potest in eodem libello peti in integrum restitutio, & simul proponi actio, quæ, illa concessa, est com-petitura.
- 37 Magis communis sententia docet, non desiderari ci-tationem ad relaxandum juramentum ad effectum agendi, de quo supra num. 24.
- 38 Data absolutione ad effectum agendi, juramenti vin-culum permanet quoad cetera.
- 39 Non eget nova absolutione, qui eam obtinuit ad effe-ctum agendi, si contractus rescindatur.
- 40 In obligationibus conceptis in forma Camera Aposto-lica non datur relaxatio ad agendum.
- 41 Relaxatur juramentum ad effectum excipiendi, sed non reconveniendi.
- 42 Obtenta absolutione ad effectum agendi in casu au-thent. Sacramenta puberum, minor debet pe-tere restitutionem, ut contra validum contractum.
- 43 An enormiter læsus in contractu jurato possit agere, non obtenta relaxatione juramenti?
- 44 Potest, si consistat de læsione, aliàs non.
- 45 Jurans actum metu compulsus agere sine relaxatione non potest; sed contra observatur.
- 46 Judex causæ preparatæ est competens quoad cau-sam preparatam.
- 47 Judex Ecclesiasticus, qui relaxat juramentum ad a-gendum, an possit de contractu cognoscere?
- 48 Judex Ecclesiasticus cognoscit inter laicos ratione ju-ramenti adhibiti in contractu.
- 49 Judex contractus est judex distractus.
- 50 Laici conveniri possunt apud Ecclesiasticum judicem pro violentia Ecclesiasticis, vel eorum rebus illata.

Restitutionem in integrum postulari debere co-ram Judice ejus, contra quem intentatur, do-cet Ant. Fabr. in suo Cod. sub. tit. ubi, & apud quem: defin. 1. & defin. 3. numer. 6. Oddus, de in integ. rest. quæst. 15. num. 39. & quæst. 32. num. 108. Surd. conf. 266. num. 9. Cyriac. tom. 2. controver. 380. num. 56. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. numer. 192. Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 18. num. 5. Guttier. canonic. quæstion. lib. 1. cap. 34. num. 8. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 575. num. 23. Tondut. de prævent. ju-dic. 1. part. cap. 18. num. 9. cum sequentibus, Bernard. Diaz reg. 219. verf. Secundo fallit, Marant. de ordin. judic. p. 6. §. & quandoque appellatur; num. 118. verf. ult. Mauric. de in integ. restit. cap. 31. Morla. in empor. part. 1. tit. 5. in prælud. num. 11. verf. Quarta, & ultim. Rebuff. ad leg. Gall. tom. 2. tit. de restitut. in præfat. num. 18.

Quod verum est, cum restitutio petitur principa-liter, nam si incidenter postuletur, Judex causæ principalis est competens, licet aliàs eam concedere non possit; facit cap. causa 9. §. delegati, de in in-teg. restit. & l. fin. in fine, C. ubi, & apud quem Cy-riac. d. controver. 380. num. 13. ubi alios refert, & contr. 381. num. 44. Oddus dict. quæst. 32. num. 75.

Flores de Mena *variar. quest. lib. 1. quest. 5. num. 76.* Quando autem restitutio in integrum petatur principaliter, & quando incidenter, docet Cyriac. *d. controvers. 380. num. 19. cum sequentibus.*

Ad Num. 1.

3 Utrum Judex loci contractus sit competens ad restitutionem concedendam? fuscè controvertit Carleval. *d. num. 185. ad 193.* & ut magis communem, affirmativam partem cum *D. Covar. amplectitur; accedunt Tondut. ubi sup. & part. 2. cap. 20. num. 14. Coler. de processib. exequut. part. 2. cap. 1. num. 44. Gratian. disceptationum Forens. cap. 14. num. 22. Grivell. decis. 129. Guttier. canonic. lib. 1. cap. 34. num. 9. Mauric. supr. cap. 36. num. 5. Odd. dict. quest. 32. art. 13. num. 114. Tusch. lit. F. conclus. 438. num. 6. Quod est intelligendum, quando is, contra quem petitur restitutio in loco contractus: reperitur, ut supponunt omnes. Contra præcipuam conclusionem, tenent non pauci congesti à Carleval. *num. 188.*
4 De Judice loci rei sitæ itidem dubitatur, num possit in integrum restituere, quando restitutione obtentata minor actione reali experturus est? concedunt Duaren. *in lib. 4. Digestor. tit. 1. de restit. in integ. cap. 3. fol. 75. & in tit. C. ubi, & apud quem. fol. 110. vers. 119. Et certè si quis minor, & vers. Hinc facile Rebuff. ad constit. Gallie tom. 2. tit. de resc. contract. art. 1. gloss. 21. num. 13. Bellacomb. insertus syntagma. comm. opinion. tom. 1. lib. 2. tit. 22. num. 1. Contrarium sentiunt Cyriac. *dict. controvers. 380. numero 58. cum sequentibus, & Tondut. dict. cap. 20. numero 13. qui num. 10. cnutelam ostendit, qua adiri possit pro restitutione impetranda Judex loci, ubi res sita est, propter quam minor restitui desiderat. Sed his refragatur vulgare axomia; ut scilicet qui est Judex causæ præparatæ, possit de causâ præparante cognoscere; quod ex multis probat Carleval. *num. 204. post medium, cui Cyriac. respondet. d. controvers. 381. num. 50. & 51. non esse locum in hac controversia. Nam illud dumtaxat admittitur, cum Judex ad utramque causam competens aliis est; aut Judex loci rei sitæ jure potest de actione in rem cognoscere; h. fin. C. ubi in rem act. cap. fin. de for. comp. sed non integrum restituere, de quo Oddus *dict. part. 1. quest. 32. art. 14.*****

Ad Num. 2. & 3.

7 Ecclesiam adire non posse Judicem Ecclesiasticum ad obtinendam restitutionem adversus laicum cum *D. Covar. affirmant Parlard. differ. 9. §. 3. num. 8. Barbol. in l. heres absens. §. proinde. n. 31. cum sequentibus ff. de jud. Caldas in l. si curatorem, verb. Implorare, n. 32. C. de in integrum restit. Carleval. n. 195. qui contrariæ opinionis fundamentis benè satisfacit, Aug. Barbof. in collect. ad cap. 1. n. 9. de in integ. restit. & ita fuisse judicatum in Vallisoleana Cancellaria, quamvis ipse aliter sentiat, testatur Guttier. *canonic. quest. l. 1. cap. 4. num. 10.* Quæ opinio verior videtur; nam jura, quæ contrarium probant, debent intelligi, quando ex consuetudine, vel alia causa Ecclesia obtinet in laicos jurisdictionem, quoad bona Ecclesiastica, de quibus agitur. Nihilominus contrariū est receptissimum, quod defendunt Tondut. *sup. c. 28. n. 17. part. 2. Marant. in prax. part. 6. tit. de appellat. num. 113. Sforc. Oddus dist. quest. 32. artic. 13. num. 115. & art. 15. à numer. 123. Rodoan. de reo. Ecclesiast. quest. de restit. in integr. §. 7. Bernard. Diaz reg. 219. fellent. 2. Perez in l. 1. gloss. 1. col. 883. vers. Item fallit, Avendañ. part. 1. cap. 4.**

Prætor. *num. 42. vel. Et quia talis, & plurimi alii.*

Bona patrimonialia Clericorum, non gaudere eodem privilegio, ac Ecclesiastica, nisi in casibus expressis in jure, est communis resolutio; Cevall. *tom. 1. quest. 36. numero 7. Guttier. practicar. lib. 3. quest. 27. num. 7. Deci. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 22. de constitut. ubi Barbat. num. 4. Paz in praxi tom. 2. prel. 2. num. 16. Currell. de immun. Eccles. lib. 2. quest. 8. num. 20. & sequentibus. & quest. 40. & 43. Bobad. qui plures adducit, in polit. tom. 1. l. 2. cap. 18. num. 260. ubi Gloss. lit. F. Menchas. de success. creat. §. 20. num. 659. & §. 22. num. 40. Vivian. commun. opinio. lib. 3. verb. Clericus in bonis: Lælius Mancin. disquisit. genialium jur. disp. cent. 3. cap. 241. cum seqq. Dried. de libert. Christ. lib. 2. cap. 3.*

Hinc fit, ut Clericus implorans restitutionis auxilium in laicum, non possit coram Ecclesiastico Judice comparere, licet Ecclesia tale privilegium haberet; atque ita tenent Odd. *dict. quest. 32. art. 15. num. 125. Guttier. ubi nuper, num. 11. Quod tamen fallit primò, si vigeat consuetudo in contrarium, ut Salmantica; Paz ubi supra n. 20. Bolaños, in Curia part. 1. §. 5. num. 17. Secundo quando Judex laicus negligens fuerit in ministranda justitia Clerico restitutionem postulanti, Bobabill. *dict. lib. 2. cap. 17. num. 111. & comprobatur præmissa sententia ex doctrina Carleval. & plurium, quos ipse laudat num. 585. & 587. Nam etsi Ecclesia, vel Ecclesiastici litigantes pro rebus Ecclesiæ uti possint privilegio electionis fori concessio mirabilibus personis in l. unic. C. quand. Imper. int. pupil. & vid. id non extenditur ad Clericos pro rebus suis patrimonialibus; & in Hispania veterum est regulariter, & in praxi obtinuit, ne Clerici laicos ad Ecclesiastica Tribunalia trahant; ita stabilitum est l. 57. tit. 6. p. 1. & ordin. Lusitan. lib. 2. §. 1. numer. 17. de quo testantur Carleval, & sequaces ubi proxime.**

Sed nihilominus non paucis placuit contrarium, & sic quod patrimonialia Clericorum eisdem potantur privilegiis, ac Ecclesiastica res, & quod indistinctè possunt Clerici laicos apud Ecclesiasticos Judices convenire, Gloss. *in cap. similiter 58. 16. quest. 1. Del-bene; qui latè differit, de imm. Eccles. part. 1. cap. 7. dub. 2. sect. 2. ex num. 6. Olasch. decis. 37. num. 7. Zabarella in cap. si clericus laicum, de for. comp. Balboa, ibi, num. 6. Beller. disquisit. cleric. part. 1. tit. de favore Clericor. reali. §. 5. num. 2. 3. & alii communiter in *dict. cap. si Clericus, qui, laicum conveniri posse à Clerico coram Ecclesiastico; docent, maximè actione reali; Menoch. conf. 1161. num. 10. cum sequentibus & ratio est, quia patrimonialia privata Clericorum, res cententur Ecclesiasticæ, quatenus ex eis ministri Divini cultus aluntur, ut suo ministerio commodius incumbant, P. Suar. de Relig. tom. 4. tract. de immun. cap. 24. numer. 11. Valenc. tom. 4. disp. 9. quest. 5. punct. 4. & alii huic opinioni subscribunt apud Del-bene *cap. 5. dub. 2. sect. 1. num. 2. qui dub. 1. sect. 1. num. 14. ait, ea bona sub speciali dominio Dei esse, ex quo idem privilegium, ac rebus Ecclesiasticis patrimonialibus Clericorum tribuendum, illi sentiunt: de quo etiam videndi sunt Cast. d. tom. 7. de Tertiis, cap. 9. num. 18. Beller. tit. de exempt. clericor. §. 5. num. 2. Morla in empor. part. 1. tit. 2. in prel. num. 44. Girona. de privilegio explicat. num. 240. Perez in l. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. pag. 44. Navarr. conf. 5. de immun. Eccles. in novis.***

Ad Num. 4.

Patrimonium Clerico constitutum in titulum ad 17 Ordines

Ordines suscipiendos non juvari eisdem privilegiis ac res Ecclesiasticas; & si pro eo impleretur restitutio contra laicum. Judicem sæcularem esse ad eundem, cum *D. Covar. tenent Salzed. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 18. num. 14. Guttier. dict. quest. 27. in fine. Sed contrarium communiter receptum est, ut docent Tondut. d. c. 28. num. 18. Lara in l. si quis à liberis, §. solent. num. 36. Cevall. tom. 1. quest. 527. num. 4. Spino in specul. testam. gloss. 18. n. 72. Azeved. in l. 1. num. 9. tit. 4. lib. 1. Recopil. Bobad. ubi supra *dict. num. 260. in gloss. lit. F. in fine, Decian. in cap. Ecclesia, n. 65. 176. de constit. Cen. pract. lib. 1. q. 161. num. 10. Ciarlin. controvers. Forens. cap. 22. num. 48. Vulp. in prax. judic. Ecclesiast. cap. 17. num. 24. Aug. Barbof. de potestat. Episc. part. 2. allegat. 19. num. 91. Del-bene, part. 2. cap. 10. num. 7. dub. 17. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 8. quorum plerique quæstionem proximè propositam latè tractant, ac tandem concludunt, bona Clericorum non obtinere privilegia, quæ Ecclesiasticis rebus competunt, nisi ad eorum titulum quis sacros Ordines suscipiat. Et hæc sententia nititur decreto Sac. Concilii Trident. *sess. 21. cap. 2. quo illa bona prohibentur alienari absque Episcopi permisso, donec Ordinatus congruum obtineat beneficium, atque ita inter Ecclesiastica videtur constituta. Deinde cum hoc patrimonium subrogetur in locum beneficii, ejusdem naturam debet sortiri, l. 1. §. si quis sub conditione. ff. ut leg. seu fideic. nom. caveat. l. si tam angusti 13. ff. de servitu. Cevall. num. 3. Deci. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, ubi hoc in favorabilibus concedit, & subrogatum omnibus gaudet privilegiis, quæ ei, cui subrogatur, competunt Argel. de acq. possess. q. 7. art. 2. num. 25. Paris. ex aliis *conf. 57. col. 2. num. 14. lib. 4. Tandem in conservatione hujusmodi bonorum, favor ipsius Ecclesiæ maximè vertitur, cum ea sint necessaria ad sui ministri sustentationem; quibus deficientibus, dum victum Clericus quæreret, suo ministerio vacare nonquiret, aut Ecclesiæ sumptibus esset alendus, quod periculum imminet, dum Ordinatus sufficiens non adipiscitur beneficium; quo casu sicut alienationem Concilium liberè permittit, ita & privilegia rerum Ecclesiasticarum illud patrimonium privabitur. Nam cessante causa, effectus quoque debet extinguì, cap. cum cessante 60. de appellat. Argel. q. 3. art. 20. num. 80. Menoch. de presump. lib. 4. prel. 189. num. 196. Quare hæc opinio verior, ac communior videtur contra *D. Covar.*****

Ad Num. 5.

22 Utrum desideretur citatio ejus, cui juratum est, ad relaxationem juramenti concedendam? tradunt Guttier. *in auth. Sacramenta piberum, num. 111. cum sequentibus, C. si advers. vendit. Azeved. in l. 1. à num. 13. tit. 21. l. 4. Recop. Tusch. lit. A. concl. 6. Cevall. tom. 1. quest. 434. Parlard. rer. quotid. lib. 2. cap. 4. num. 55. Paz. ubi supra, num. 38. Del-bene 1. part. cap. 8. dub. 28. sect. 4. Sanch. in Decal. lib. 3. cap. 21. num. 28. Bolaños in Curia, 1. part. §. 5. num. 15. Hermos. in l. 56. tit. 5. p. 5. gloss. 11. & 12. num. 100. Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 84. num. 19. Lugo de just. & jur. tom. 2. disp. 22. num. 241. Ricci. in prax. for. Ecclesiast. decis. 290. in 2. edit. Ex quibus constat, in relaxatione juramenti, per quam contractus venit rescindendus, necessario intervenire debere citationem, quod nullus inficiatur, ut præter laudatos supra, tenent Salzed. ad Bern. Diaz reg. 50. limit. 4. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 13. quest. 1. num. 38. Carroc. de locat. cap. de resc. d. locat. num. 38. vers. Maxime, Cacher. decis. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.**

25. numer. 7. Rot. Genuef. *decis. 197. num. 3. 13. Hieron de Leon, Valent. decis. 64. num. 6. 9. Sed cum juramentum solum remittitur ad effectum agendi, vel excipiendi, adhuc multi sentiunt, opus esse citatione, Tiraquel. in tract. res inter al. act. l. 10. vers. Declara sexto Ant. Gab. *comm. lib. 2. tit. de citat. conc. 1. num. 85. Joseph. Ludovic. decis. 18. à num. 2. Didac. Perez in l. 2. vers. Quæro decimo sexto, tit. 2. lib. 3. ordinam. Menoch. conf. 24. à numero 11. Borrell. in sum. decis. tit. 44. num. 243. Cened. ad Decretal. collectan. 78. num. 2. 24. Contrarium tamen magis commune est, & in praxi observatum, ut plures testantur, & Guttier. ubi nuper, primæ sententiæ fundamentis satisfacit. Atque ita docent omnes relati supra, numero 22. & Gagliard. de absolut. à jurament. §. 1. num. 1. Mandosi in addit. ad Lapum allegat. 10. verb. Procedere. & verb. Absolvere, in fine, Muscatel. in prax. aurea lib. 1. part. 4. in gloss. perjuriu. num. 39. Afflic. *decis. 220. numer. 10. Burfatus conf. 72. num. 25. Roland à Valle. conf. 2. per totum. Et relaxationem juramenti non esse præstandam, postquam pe- tens perjurium incurrerit, ex aliis tenet Parlador, ibidem, num. 56. sed Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 32. num. 16. dissentit, & merito.***

Vers. Verum ut res.

A quo Judice sit relaxatio juramenti postulanda ad effectum agendi, fuscè disputant Carleval. *ubi supra à n. 197. Sanch. dict. lib. 3. cap. 22. num. 15. Lugo d. disp. 22. ex num. 237. omnino videndi. Lefsi de just. & jur. lib. 2. cap. 42. dubit. 12. de quo agunt itidem omnes ferè, quos proximè allegavimus. In qua quæstione duæ involvuntur difficultates: Prima, quis Judex ad hoc fit competens, juris, vel ejus cui juratum est? Secunda, an Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis sit adeundus?*

Et pro utriusque enodatione notandum est ex præfatis DD. dupliciter posse quem liberari à vinculo juramenti ad effectum agendi, vel directè, petendo absolutionem; quam solum proprius, & Ecclesiasticus Judex potest concedere, sub cujus jurisdictione est quoad spiritualia; vel indirectè obtenta remissione ab ipso, in cujus favorem juravit, per quam etiam quoad Deum solutus manet; ad quod rectè comparebit coram Judice Ecclesiastico, aut sæculari adversarii; nam cum condonatio obligationis ortæ ex juramento præstari debeat ab illo, cui juratum est, uterque est competens, quandoquidem quilibet eum ad condonandum compellere potest, Ecclesiasticus ratione juramenti, per quod additur forus, foro, Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 62. num. 11. & quoad contractus juratos, etiam in laicos jurisdictionem acquirit; cap. fin. de for. competent. in 6. Marant. de ordin. judicior. par. 4. cap. judicium sæculare, vel Ecclesiasticum, numer. 14. Guttierrez de juramen. confirmat. p. 3. cap. 12. numer. 2. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 67. à numer. 1. Sæcularis, quoniam hujusmodi remissio res spiritualis non est, & sic cum laicus sit, cui juratum est, relaxandi jurisjurandi incapax non censetur; Barbof. in collectanea ad cap. 2. num. 5. de jurejurand. Carleval. *supr. à numer. 210. Sanchez d. lib. 3. cap. 22. num. 14. 15. Del-bene dict. sect. 4. quò loci rectè inquit, relaxationem istam pro remissione ejus cui juratum est, cedere; nam factum Judicis, factum partis reputatur; quod & aiii ex præallegatis notant. leg. si ob causam 13. Cod. de evulsionibus, Cyriacus tom. 2. controversia 248. num. 8. Menoch. *concl. 518. n. 8. Tondut. quæstionum civilium cap. 22. num. 3. Escobar de C 3 ratiocin.***